



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

Superbiæ & auaritiæ effecta miseranda per exempla & declarata. Colloq.
XVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

quo egestatem, quo penuriam, quo tormenta sua tam diu augeant, donec sepulchrum corpus cōcludat, infernusque animam excipiat, vbi in omnem æternitatem vsuram sempiternam bonorum per vim, rapinas, nefas cōtractorum soluent, nunquam exsoluent; tripudiātibus interea hereditatibus, & ijs illa prodigētibus quorum labore parta non sunt. Iam vero lupi isti adeò asperi, adeò sordidi, adeò pecuniæ cumulandę addicti sunt, quam tu illos soles, impatientes cum eas perdūt existimas, quam angusti animi in conseruando, quam abiectos in timendo, quam inuidos aliorum felicitatem contemplando. Et consequuntur tamen ad extremum nihil aliud perditum isti, quam vt accommodatissimi & conuenientissimi sui ipsorum carnifices ac tortores efficiantur, quemadmodum eorum peccatū turpissimū promeretur.

Superbia & Auaritia effecta miseranda per exempla declarata.

COLLOQUIUM XVIII.

LIBET nunc etiam que in praesens

sentiaram à nobis disquiruntur ac pertractantur exemplis confirmatum ire: quorum admodum primū principemq; Achitophel faciemus, 2. Reg. 16. magnum illud curiæ Regiæ *Facto-* 23.

tum, facem & titionem omnium factionū, diffensionū & rebellionum infelicis, & illius incautiq; Principis Absalonis: qui cū in consilium suū subtile illud hercule ac prudēs, quē admodū putabat, contra Davidē suggestū negligi cōspicaretur, in civitatem suam reuersus fuit, & nonnullis in domo sua rebus cōpositis ac constitutis (sicut Scriptura ait) infelicem collo restem inferens expiravit. Vide mihi sodes sis causam omninò leuissimam, huic tamen, vt adeò funestè & deliberato animo, laqueo vitam sibi præcluderet bel- lè admodum sufficientem. Quamuis si etiam eas quæ factū illud præcesserunt, causas inspicere velis, re- peries hominem eum fuisse plenum superbia & ambitione, qui semper dominari in conuentibus, principē locū occupare, gradumq; supremū studuerit obtinere: reperies infla-

*Cir A-
chitophel
se occide-
rit.*

vanitate, improbum, crudelem & fraudibus fuisse apprimè instructū: quibus omninò vitijs illud consecutus est, vt in grauissimam spiritualis infaniæ febrim incidens, ad ea exhaustus, ad eò omnibus viribus animæ spoliatus fuerit, vt leuissimo hoc ignominia vento percussus corruerit, in laqueum se induerit, & oneri iam ferendo impari fuream suffigi maluerit, atque suspendi. Verum cur sacrae littere ad eò diligenter illius meminerunt, quomodo in domo sua nescio quam ante operam sumpserit, deinde verò hoc funesta mortis genere violentas manus contaminarit? an eæ hominem nobis prudentem sedulum ac circumspectum describere voluerunt? opinor scilicet, quippè cum confestim familiaribus istis rebus expeditis iugulum resti immiserit, stultum se reuera, & bellè delirum, si quis alius, ostendens. Quamnam ergo tuius narrationis mentem, quem sensum esse arbitraris? doctrina nos est videlicet scriptura sacra, mundanam sapientiã omnia circumspicere ac di-

ac diligenter cōsiderare, omnia laudabiliter constituere, omnia bene in effectum deducere, exceptis ijs negotijs quæ reuera ponderis alicuius sunt & momenti grauioris. Ostendit eam bene cuncta disponere vbi ab anima discesseris: acuire visum vt tenebras, vt terram contemplemur, excoecare animam vt coelum non conspiciemus: demum euidenter declarare vult, humanam sapientiã vel prudentiam carnis, animæ aut corpori laquei loco esse, & nonnūquam etiam vtrique. Quid ego nunc Catonem in hoc superbiæ theatrū, schemate tamē ab Achitophel diuerso producam? qui cum popularem illam auram semper studiosissimè captaret, omnes gloriæ rumusculos diligētissimè venaretur, & fugacissimæ laudis istas muscas stolidissimè persequeretur, nihil planè ab eis viribus, nihil roboris, nihil succi vnquam trahebat ac mutuabatur: vnde postea in Cæsaris se manus venturum præuidens, existimationemque suam multum pristini splendoris perdituram coniectans, despe-

*Prudētia
humana
stulta in
rebus
momento-
tosis.*

S. Thom.

2.2.9.55.

art.1.

*Cur Ca-
to se occi-
derit Plu.*

in Cat.

Vtic.

NO VALEDICTIO

ratione impulsus, & malo se isti fe-
 rēdo satis esse posse disfidēs, vitā sibi
 ignauissimē extorsit, & reapse eo re-
 medio vsus est, quod sordidi, quod
 illiberales, quod socordes solent ad-
 hibere; itaq; dū se preclarē fortē ma-
 gnanimūq; esse arbitratur, intestina
 ferro lacerando, extremā amentiam
 exequi & furorē, si quis alius infamē
 furere non perhorrescit. Iam Cleo-
 patra ne videlicet captiua in Octa-
 uiani triumphum duceretur, aspides
 adhibuit, & eorū morsum in se con-
 citato reluctantem animam corpo-
 re propulit atque extruxit. Et pullu-
 lauit etiam animi illa angustia ex
 superbia toties iam nunc allegata,
 qua nihil omninō facilius animum
 foemineum occupat, nihil frequen-
 tius mulierum vires natura debiles
 adoritur, nihil citius eas carpit, frā-
 git atque eneruat. Cleombrotus ve-
 nō cū dialogum Phēdonis legisset,
 muro se præcitem egit, vt animæ
 naturam ipse experiretur, eam, quā
 à Platone fuerat ante edoctus. Em-
 pedocles è montis iugo in abyssum
 defiliens, aut Deum esse aliquem te-

*Plotar. in
 vita An-
 tonij.*

*Laert. de
 vit. Phil.
 lb. i. Ho-
 ra. de ar.
 2. in Iuli-
 anum.
 Aristo. de
 quo Greg.
 Naz. ora.
 5. in Iuli-
 anum.*

stifi-

stificari, aut saltem hac ira in admirandorum suorum secretorum cognitionem sese voluit penetrare. Ad damus etiam nunc his illum qui in Euripum se abiecit, quod propter eius fluxum & refluxum quem intelligere non poterat, iam admodum pridem delirare incepisset. Maneat ergo vanitatem, curiositatem, libidinem sciendi, & intemperiem ingeniorum nunquam sibi discendo satisfaciendum ita multos effœminavisse, ut iam nec animi tantum ijs sufficeret, quantum ad ignorantiam rerum quas Deus absconditas abstrusasque esse voluit perferendam satis erat, possent retinere: & potius humilitatem addiscere vellent multis parasangis scientiæ insignibus & ornamentis nobiliorem. Iam verò Avaritia an non eosdem effectus produxit, quos hactenus in superbia inimus examinatum? Quis Iudæ restem inducit, quis laqueum iniecit, quis eius corpus execrandum ac nefarium ex funesta ista arbore suspendit? nunquid infatiabilis Avaritia, quæ adeò abiectum, debilem, augu-

*Humilitas longe
melior scientia.*

Matth.

27.8.

Act. 1.18.

Hum.

stumq; animum illius effecit, ut iam
 nec lumina virtutum, nec splendo-
 rem miraculorum, nec vim verbo-
 rum eius sustinere posset, quem ven-
 diderat, & tãto quidem vilioire pre-
 tio quanto ille amplius omnes mũ-
 di thesauros superat & anteuertit,
 cuius vocẽ non modo ipsi audiuerãt,
 sed etiam sepulcra ipsa exceperant
 ac intellexerant; quemque vniuer-
 sus mundus videbat, audiebat, ol-
 faciebat, gustabat, atque tange-
 bat. Huius tamen infinitam boni-
 tatem & potestatem elephantiaens
 ille ne minima quidem ex parte vi-
 dit, audiuit, olfecit, gustauit, aut et-
 iam tetigit: præter exiguas tantum
 in tenebris terræ portiunculas pro
 extrema curatione famis illius exe-
 crandæ, & funem pro furiali appa-
 ratu suæ desperationis & mortis de-
 testandę. Quantum tu Iudarum ab a-
 uaritia profeminatum esse credis in
 densissimis seculi nostri tenebris?
 quantum tu eorum putas esse gregẽ,
 qui intra triginta annorum spatium,
 animam & corpus suffocauerunt,
 quod minus bene terram domus
 suæ

*Auari:
 Iudæ dis-
 cipuli &
 imitato-
 res.*

suae disposuerint, non ex voto velle-
 ra pauperum dorsis detraxerint, pa-
 rum feliciter merces suas vendide-
 rint, demum quod benedictionem
 coeli super terram effusam conspe-
 xerint? Est profectò ingens eorum
 agmen, ingens numerus, qui in rem
 praesentem non incommodè venire
 possent, nisi aliquanto consultius
 esse arbitrarent, in tenebris eos suis
 relinquere, quam in lucem protra-
 here atque proferre. Quamobrem
 concludentes dicimus, si omnes a-
 uari & illiberales sordes suas ad se-
 pulchrum vsque continuant, nec
 Iudæ mortem corpoream appetunt,
 certum omninò & indubitatum sal-
 tem esse, eos animas suas peccati re-
 ste strangulatuos, & morti aeternæ
 oppigneratuos esse. Neque planè
 fortioris aut excelsioris animi arbi-
 tramur eos, qui manus sibi violen-
 tas inferre non dubitant, quam istos
 qui mente capti per fenestras in fu-
 gam se conijciunt: imò adiungimus
 infeliciores multò stolidioresque
 videri istos, qui in sempiternam
 mortem & ignominiam praecipites
 ruunt,

*Omnes
 auari se
 occidunt.*

*Mors sibi
illata, nō
fortis ani-
mi indi-
cium, sed
mollis, sed
fracti, sed
superbi.*

*Qui bene
mori vult
bene vi-
uat.*

ruunt, miseris illis phreneticis quae
saepenumero ex saltu istiusmodi
nimoso conualescunt, nec ullam con-
scientiae suae maculam interim asper-
gunt: dicentes deploratos illos sal-
tus istos edere non propter animae
magnitudinem, sed ob abiectam quat-
dam pectoris ignauiam, ex aposte-
mate magni alicuius & grauiore
lentis flagitij, generatam: quod quia
aliquamdiu latuit, ita prorsus ani-
mam ex edit atque corrumpit, ita om-
nem illius virtutem vigoremque de-
populatum est, ita vires occidit &
debilitauit, ut iam succubere igna-
uissimae desperationi cogantur, &
in seipsis homicidium nefarium de-
signare compellantur. Quisquis nunc
ergo ab istiusmodi infami ex hac vi-
ta egressa te quam maximè praeser-
uari cupis, illud operam vnicè da-
bis, nunquam ut Dei gratia spolie-
ris, peccatum in animam ius exerce-
re nunquam permittas, & quemad-
modum D. Augustinus ait, benè &
religiosè viuas, si sanctè, si feliciter
mori concupiscas. Neque enim pos-
sibile est mala eum morte defungi,
qui

qui vitam ex instituto Christiani *S. Augu.*
 hominis traduxerit, licet à lupis de- *de doctri.*
 uoretur, à tyrannis trucidetur, & *Christ. 6.*
 horrendis alijs quibuscunque vijs *21. 9.*
 ad quas iudicia humana aditum mu-
 niunt, è vasto illo theatro orbis eij-
 ciatur. Illud verò inter primas cu-
 ras habeat necessum est, vt humili-
 tatem excolat, virtutem admodum
 ad cætera bona utilem, præsertim
 verò ad tentationes profligandas, &
 ærumnas sufferendas mirificè ac-
 commodatam: quisquis enim humi-
 lis est, patiens quoque est, & patien-
 tiæ brauiū datur: vnde Seruator no- *Luc. 21.*
 ster inquit, in paciētia dominabimi- *19.*
 ni, & possidebitis animas vestras. Ac-
 cedit huic, quod liberalē eū in elee-
 mosynis esse oportet: nec enim fieri
 vlllo modo potest, vt stipem fructus
 suus nō consequatur, etsi denarij tā-
 tum duo sint, imò etsi vnica tantum
 mica panis, q̄ si profligatus ille epu-
 lo in copia & affluentia rerū omniū
 Lazaro impertiuisset, possibile erat
 vt morte bonorū defungeretur, fa-
 mēq; illā insatiabilē, & tormēta qui-
 bus in eternū excarnificandus est ef-
 fuge.

fugeret. At satis isthæc sunt super
mortis timore: nunc & saturum
esse confido, & mensam leuari poss
existimo.

*Meditationem mortis vtilissimam
Philosophiam & omnifariam in
ge Natura, Moysica et Gratia com
mendatam.*

COLLOQUIVM XIX.

PHIL. **Q**VAM verò tu me genialiter
planè cibis tuis delicatissimis
pascis? adeò quanto alacrius
quæ apponuntur consumo, tanto
maius desiderium comedendi mihi
subnascitur, & cum accessione fer-
culorum mihi quoque nescio quo-
modo fames crescere augeri que vi-
detur; age ergo hoc etiam à te im-
petrare me sine, vt seridò in utilita-
tes huius coelestis Philosophiæ in-
gressus, spisso planè & copioso ora-
tionis genere mihi eas pertractes.
Monstrauisti hæctenus veterum Phi-
losophorum parùm ad eam rem acco-
modata & sufficiëntia consilia: expli-
cui